OFFICIA

4

SANCTORUM ANGLIÆ.

LONDINI:

TYPIS J. P. COGHLAN.

M.DCC.LXXIV.

A CATALOGUE of ſeveral Parcels of BOOK
including thoſe of the Rev. Mr. Francis Blyt
John Brown, Eſq; deceaſed, and another Gentl
man in the Country. Conſiſting of a great Variety
different Sciences, particularly Divinity, ſome of which a
Extreamly ſcarce; which will be Sold (for Ready Mon
only) by J. P. COGHLAN, Printer, Bookſelle
Binder, and Stationer, in Duke-Street, Groſvenor-Squar
by whom Catalogues of Gentlemen's Libraries are take
Valued, Sold by Auction, Repaired, or moſt Money give

The Moveable Feaſts, Faſts, and other Annual Obſe
vances of the Catholick Church: a Poſthumous Wo
of the late Rev. Mr. Alban Butler, Price 6s. in Board

The Poor Man's Daily Companion; or, a choi
Collection of Prayers, and other Spiritual Exerciſes; wi
the Addition of Jeſus' Pſalter, Prayers for Indulgenc
Veſpers, and Complin, &c. Carefully Reviſed by *O.*
O. S. B. Bound in Red, and Gilt, 10d.

Propoſals for Printing by Subſcription, An Heroic Poe
called, The Triumphs of the Croſs; illuſtrated in t
Life and Death of St. Mary of Egypt; (being an enti
New Work) In Eight Books, making one neat Volu
in Octavo, by *I. A.* M. A. Price ſewed Five Shillings

Subſcriptions are taken in by *J. P. Coghlan*, a
T. Lewis, in London; *M. Swinney*, and *J. Southall*,
Birmingham; *S. Brown*, in Wolverhampton; *J. Sherro*
in Walton; and by the *Gentlemen*, for the Author; whe
Specimens may be had.

Lately Purchaſed,

The few Remaining Copies of the Sermons for the who
Year, with the Sermons on Hell Torments, the Paſſion
our Lord, and Farewell Sermon, in 4 Vols. by the Re
Francis Blyth, Pr. One Guinea Bound in Calf neat. --- Al

His Paraphraſe on the Seven Penitential Pſalms, t
Large Edition. Price 3s. Bound Common.

N. B. The Sermons on the Paſſion, Hell Tormen
and Farewell, may be had ſeparately.

Ordo recitandi Officii Divini & Miſſæ Celebrandæ p
Anno Dom. 1775.

The Laity's Directory, or the Order of the Chur
Service on Sundays and Holy-Days for the Year 177
Price 3d. N. B. The New Year's Gifts which we
added to the former ones by R. C. are now reprinted, a
may be had together.

A Large Set of Altar Cards, proper for a Pub
Chapel. 2s. 6d. Done on Boards, 5s.

A Small ſet for Do. 2s. Done on Boards, 4s.

Officia Sanctorum Angliæ.

Clemens PP XIV. Epiſcoporum Deborenſis Philomelienſis Amorienſis et Ramathenſis, Anglicani Regni in præſens Vicariorum Apoſtolicorum, humilibus precibus benigné annuens, omnibus et ſingulis ex Clero Sæculari in dicto Regno exiſtentibus vel extituris qui ad divinum officium recitandum quocumque modo tenentur, præcipit et mandat; his vero qui ſunt ex Clero Regulari permittit, ut infraſcriptis diebus, illud ſub ritu adnotato de Sanctis qui ſequuntur, recitare poſſint et valeant, ſimiliter et miſſam de eiſdem Sanctis celebrare, deſumptam de reſpective communi, prout ſequitur. 19 Januarii, S. Wulſtani Epi. Vigornien. Duplex de comm. Confeſſ. Pontif. 1 Martii, S. Davidis Epi. Meneven. Duplex et de eodem com. 2 Martii, S. Ceaddæ Epi. Litchfelden. Duplex ut ſupra. 8 Martii, S. Felicis Epi. Dummocen. Duplex ut ſupra. 20 Martii, S. Cuthberti Epi. Lindisfarnenſis. Duplex ut ſupra. 3 Aprilis, S. Richardi Epi. Ciceſtrenſis. Duplex ut ſupra. 19 Maii, S. Dunſtani Archiepi. Cantuarienſis. Duplex ut ſupra. 25 Maii, S. Aldelmi Epi. Scireburnenſis. Duplex ut ſupra. 8 Junii, S. Gulielmi Archiepi. Eboracenſis. Duplex ut ſupra. 22 Junii, S. Albani Britanniæ Protomartyris. Duplex

Duplex maj. de communi unius martyris. 7 Julii, Tranſlationis S. Thomæ Cantuarienſis. Duplex maj. de communi unius martyris. 15 Julii, Tranſlationis S. Swithuni Epi. Vintonien. Duplex de communi Conf. Pontif. 17 Julii, Tranſlationis reliquiarum S. Oſmundi Epi. Sariſburien. Duplex ut ſupra. 31 Auguſti, S. Aidani Epi. Lindisfarnen. Duplex ut ſupra. 3 Octobris, S. Thomæ Epi. Herefordienſis. Duplex ut ſupra. 10 Octobris, S. Paulini Archiepi. Eboracenſis. Duplex ut ſupra. 12 Octobris, S. Wilfridi Epi. Eboracenſis. Duplex ut ſupra. 25 Octobris, Tranſlationis S. Joannis de Beverlaco Epi. Eboracenſis. Duplex ut ſupra. 3 Novembris, Sanctæ Wenefridæ Virg. et Mart. Duplex de communi Virg. et Mart. 14 Novembris, Tranſlationis Reliquiarum S. Erconwaldi Epi. Londinen. Duplex de communi Conf. Pontif. 16 Novembris, S. Edmundi Archiepi. Cantuarienſis. Duplex ut ſupra. 17 Novembris, S. Hugonis, Epi. Lincolnienſis. Duplex ut ſupra. 5 Decembris, S. Birini Epi. Dorceſtrienſis. Duplex ut ſupra.

Decretum in quo iſta continentur, Datum eſt Romæ ex ædibus S. Congregationis de Prop. Fide die 21 Martii 1774.

Eique Subſcripſit

S. BORGIA, S. Cong. de Prop. Fide Secretarius.

Januarij 19, de S°. Wulſtano Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

Oratio.

SPIRITUM nobis Domine tuæ charitatis infunde: ut intercedente beato Wulſtano Confeſſore tuo atque Pontifice tuam mereamur dulcedinem in æterna felicitate guſtare. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejuſdem Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Secreta.

Suſcipe quæſumus Domine ſupplicis familiæ tuæ munus oblatum; et quod rea non audet ſperare conſcientia, intercedente beato Wulſtano tua nobis largiatur indulgentia. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Salutaris tui Domine myſterio ſatiati ſupplices imploramus clementiam tuam, ut pro nobis ejus non deſit oratio cujus nos donaſti gubernari patrocinio. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

Martij 1, de S°. Davide Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

Martij 2, de S°. Ceadda Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Sacerdotes.*

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus qui nos beati Ceaddæ Confeſſoris tui atque pontificis hodierna feſtivitate lætificas: tuam ſupplices exoramus clementiam, ut cujus ſolemnia devotis officiis veneramur, ejus piis ſuffragiis vitæ æternæ remedia conſequamur. Per Dominum noſtrum, &c.

Secreta.

Propitiare quæſumus Domine ſupplicationibus noſtris, et intercedente pro nobis beato Ceadda Confeſſore tuo atque Pontifice tuis ſacramentis cæleſtibus ſervientes ab omni culpa liberos eſſe concede, ut purificante nos tua gratiâ, eiſdem quibus famulamur myſteriis emundemur. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Præſta quæſumus Domine Deus noſter, ut divinis myſteriis expiati intercedente beato Ceadda Confeſſore tuo atque Pontifice ad ſuperni plenitudinem ſacramenti (cujus libavimus ſancta) tendamus. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

Martij 8,

Martij 8, de S°. Felice Confeſſore Pontifice. Duplex

Miſſa *Statuit.*

S^us. *Joannes de Deo transferatur in diem* 11.

Martij 20, de S°. Cuthberto Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

Oratio.

Deus qui per inæſtimable munus gratiæ tuæ Sanctos tuos glorioſos facis eſſe; præſta quæſumus ut interveniente beato Cuthberto Confeſſore tuo atque Pontifice mereamur ad culmen virtutum pervenire. Per Dominum, &c.

Secreta.

Suſcipe Domine quæſumus hoſtiam Redemptionis humanæ: et interceſſione beati Cuthberti Confeſſoris tui atque Pontificis ſalutem nobis mentis et corporis placatus operare. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Sancta tua quæſumus Domine quæ ſumpſimus nos ſua virtute tueantur: et intercedente beato Cuthberto Confeſſore tuo atque Pontifice, cujus vita glorioſa effulſit, in pace nos et ſanctitate cuſtodiant. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

Aprilis 3, de S°. Richardo Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

Oratio.

Deus qui Eccleſiam tuam meritis beati Richardi Confeſſoris tui atque Pontificis feciſti miraculis coruſcare glorioſis: concede nos famulos tuos ipſius interceſſione ad æternam beatitudinis gloriam pervenire. Per Dominum, &c.

Secreta.

Concede quæſumus miſericors Deus, ut intercedente beato Richardo Confeſſore tuo atque Pontifice oculis tuæ majeſtatis munus oblatum et gratiam nobis bene vivendi obtineat, et gloriam ſempiternam acquirat. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Hæc ſacroſancta ſumpta myſteria nobis effectum Domine conferant ſalutarem: quorum beatus Richardus Confeſſor tuus atque Pontifex devotus extitit diſpenſator. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

Maij 19, de S°. Dunſtano Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Sacerdotes.*

Oratio.

Deus qui beatum Dunſtanum Pontificem tuum ad regna tranſtuliſti cæleſtia; da nobis per glorioſa ejus merita ad gaudia tranſire perennia. Per Dominum, &c.

Secreta.

Suſcipe quæſumus Domine munera ſupplicantis familiæ tuæ, quæ tibi in beati Dunſtani Confeſſoris tui atque Pontificis ſolemnitate deferimus precantes ut ejus patrocinio venerando adjuti, defendi mereamur ab omnium inimicorum inſidiis. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Beati Dunſtani Confeſſoris tui atque Pontificis quæſumus Domine precatione nos adjuva, in cujus veneratione tua contigimus ſacramenta. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

De S°. Petro Cæleſtino fiat Maij 21.

Maij 25, de S°. Aldelmo Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

Oratio.

Deus qui hodierna die ſanctum tuum Pontificem Aldelmum ad æterna ſublimaſti gaudia: illius quæſumus meritis et precibus illuc nos tua perducat miſericordia. Per Dominum, &c.

Secreta.

Hujus tibi Domine precibus noſtra quæſumus grata reddatur oblatio, pro cujus eſt feſtivitate immolata. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Solemnitatem quæſumus Domine beati Pontificis Aldelmi celebrantibus adeſto propitius, et nobis ejus meritis concede gaudia intrare cæleſtia. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

De S. Maria Mag. de Pazzis fiat Junij 3.

Junij 8,

Junij 8, de S°. Gulielmo ſive Willelmo Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

Oratio.

Deus qui nos beati Willelmi Confeſſoris tui atque Pontificis meritis et interceſſione lætificas; concede propitius ut quæ ejus beneficia poſcimus dono tuæ gratiæ conſequamur. Per Dominum, &c.

Secreta.

Munera Domine oblata ſanctifica, et intercedente beato Willelmo Confeſſore tuo atque Pontifice, nos per hæc a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Supplices te rogamus omnipotens Deus, ut quos tuis reficis ſacramentis intercedente beato Willelmo Confeſſore tuo atque Pontifice tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſervire. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Eboracenſi.

Junij 22, de S°. Albano Martyre. Duplex majus. Miſſa *In Virtute.*

Evangelium. *Si quis vult poſt me venire.*

Oratio.

Deus qui hunc diem beati Albani martyrio conſecraſti: tribue quæſumus ut cujus annuo gratulamur officio ejus continuo foveamur auxilio. Per Dominum, &c.

Secreta.

Sicut in beati Albani martyris tui veneratione te mirabilem prædicamus: ſic apud clementiam tuam Domine per hæc piæ placationis officia pro nobis quæſumus ipſe pius interventor exiſtat. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Ut tua nos Domine ſacramenta purgent a crimine, et in charitatis tuæ fervore conſervent: ſanctam majeſtatem tuam quæſumus beatus martyr Albanus ſemper exoret. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

Julij 7, Tranſlatio S. Thomæ martyris. Duplex majus.

Miſſa ut in die 29 Decembris.

Oratio.

Deus qui nobis Tranſlationem beati Thomæ martyris tui atque Pontificis celebrare concedis: te ſupplices exoramus, ut ejus meritis et precibus a vitiis ad virtutes, et a carcere transferamur ad regnum. Per Dominum, &c.

Secreta.

Deus qui panem et vinum in corpus tuum et ſanguinem cæleſti benedictione convertis: concede nobis per merita beati Thomæ martyris tui atque Pontificis, ut ad tuam miſericordiam revertentes tuo beneplacito conformemur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, &c.

Poſtcommunio.

Deus qui beatum Thomam martyrem tuum atque Pontificem a ſuppliciis ad gaudia tranſtuliſti: tribue quæſumus ut qui Tranſlationem ejus veneramur in terris, per ejus patrocinium ad cæleſtia transferamur. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

Julij 15, de S°. Swithuno Confeſſore Pontifice. Duplex.

Dies eſt Tranſlationis.

Miſſa *Sacerdotes.*

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus qui hodiernam diem honorabilem nobis in beati Swithuni Confeſſoris tui atque Pontificis feſtivitate feciſti: da Eccleſiæ tuæ in hac celebritate lætitiam, ut cujus ſolemnitatem veneramur in terris ejus interceſſione ſublevemur in cælis. Per Dominum, &c.

Secreta.

Reſpice quæſumus Domine populum tuum ad tua ſacramenta currentem in præſenti feſtivitate beati Swithuni Confeſſoris tui atque Pontificis: et concede ut ipſo intereedente quod in honore tui nominis obtulerunt cunctis proſit ad veniam. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Pignus vitæ æternæ capientes Domine humiliter imploramus, ut intercedente beato Swithuno Confeſſore tuo atque Pontifice, quod in imagine contingimus ſacramenti, manifeſta participatione ſumamus. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

De S°. Henrico fiat Julij 21.

Julij 17,

Julij 17, de S°. Oſmundo Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos beati Oſmundi Confeſſoris tui atque Pontificis hodiernâ feſtivitate lætificas: tuam ſupplices exoramus clementiam ut cujus ſolemnia devotis officiis veneramur ejus piis ſuffragiis æternæ vitæ gloriam conſequamur. Per Dominum, &c.

Secreta.

Munera noſtra quæſumus Domine meritis et interceſſionibus munifici Confeſſoris tui Oſmundi ſanctifica: ut in filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti corpus et ſanguinem convertantur; et ad noſtrarum proficiant ſalutem animarum. Per eumdem Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Sumptis Domine muneribus ſacris te ſupplices deprecamur: ut eorum virtute roborati beati Oſmundi Confeſſoris tui atque Pontificis imitemur exempla; ut ad gaudia perveniamus æterna. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

De S°. *Alexio fiat Julij* 27.

Auguſti 31.

Auguſti 31, de S°. Aidano Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

De S. Raimundo fiat Septemb. 1.

Octobris 3, de S°. Thoma Herefordienſi Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

Oratio.

Deus qui Eccleſiam tuam, beati Pontificis Thomæ angelicâ puritate et virtutum gloriâ decoraſti: concede nobis famulis tuis ut ejus ſuffragantibus meritis Angelorum cum ipſo mereamur agminibus ſociari. Per Dominum, &c.
Ex miſſali Sariſburienſi.

Secreta et Poſtcommunio ex Miſſa *Statuit.*

Octobris 10, de S°. Paulino Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

De S°. Franciſco Borgia fiat Octobris 11.

Octobris 12, de S°. Wilfrido Confessore Pontifice. Duplex.

Missa *Statuit.*

Oratio.

Deus cujus gratiâ beatus Wilfridus Pontifex lucidis meritorum signis excellenter effulsit: præsta nobis propitius ut ejus semper patrocinio muniamur, cujus doctrina ad appetenda cælestia informamur. Per Dominum, &c.

Secreta.

Purifica quæsumus omnipotens Deus mentem familiæ tuæ sancti spiritûs tui illustratione; ut per suffragia beati Wilfridi Confessoris tui atque Pontificis accepta reddantur præsentia munera nostræ devotionis. Per Dominum nostrum, &c. in unitate ejusdem Spiritûs sancti, &c.

Postcommunio.

Redemptionis æternæ pabulo satiati, supplices Domine tuam clementiam deprecamur: ut beati Wilfridi Confessoris tui atque Pontificis intercedentibus meritis, æterna capiamus dona salutis. Per Dominum, &c.

Ex missali Eboracensi.

Octobris 25, de S°. Joanne de Beverlaco Confessore Pontifice. Duplex.

Dies est Translationis.

Missa *Statuit.*

Oratio.

Deus qui presentem diem beati Joannis Confessoris tui atque Pontificis festivitate consecrasti: da Ecclesiæ tuæ dignè de ejus solemnitate gaudere, ut apud misericordiam tuam exemplis ejus adjuvemur et meritis. Per Dominum, &c.

Secreta.

Suscipiat clementia tua Deus de manibus nostris munus oblatum: et per sancti Confessoris tui Joannis Episcopi orationes, ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum, &c.

Postcommunio.

Sanctificati Domine salutaribus mysteriis, quæsumus ut pro nobis beati Joannis Confessoris tui atque Pontificis non desit oratio, cujus nos donasti patrocinio gubernari. Per Dominum, &c.

Ex missali Eboracensi, Maij 7.

Novembris 3.

Novembris 3, de S. Wenefridâ Virgine et Martyre. Duplex.

Miſſa *Me Expectaverunt.*

Oratio.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter; ut ſicut de beatæ Wenefridæ Virginis et Martyris tuæ feſtivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudimur affectu. Per Dominum, &c.

Secreta.

Hoſtias Domine quas tibi offerimus propitius reſpice: et intercedente beata Wenefrida Virgine tua et Martyre, vincula peccatorum noſtrorum abſolve. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Placeant tibi quæſumus miſericors Deus noſtræ ſervitutis obſequia: ut myſteria ſacroſancta quæ ſumpſimus intercedente beata Wenefridâ Virgine tua et martyre, et tuam gratiam nobis concilient, et æternæ felicitatis gaudium ſubminiſtrent. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

Novembris 14, de S°. Erconwaldo Confeſſore Pontifice. Duplex.

Eſt dies Tranſlationis.

Miſſa *Sacerdotes.*

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus qui nos beati Erconwaldi Confeſſoris tui atque Pontificis hodiernâ feſtivitate lætificas: tuam ſupplices exoramus clementiam, ut cujus ſolemnia devotis officiis veneramur, ejus piis ſuffragiis æternæ vitæ remedia conſequamur. Per Dominum, &c.

Secreta.

Propitiare quæſumus Domine ſupplicationibus noſtris: et intercedente beato Erconwaldo Confeſſore tuo atque Pontifice tuis ſacramentis cæleſtibus ſervientes ab omni culpa liberos eſſe concede: ut purificante nos gratiâ tua eiſdem quibus famulamur myſteriis emundemur. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Præſta quæſumus Domine Deus noſter ut divinis myſteriis expiati, intercedente beato Erconwaldo Confeſſore tuo atque Pontifice ad ſuperni plenitudinem ſacramenti (cujus libavimus ſancta) tendamus. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi: in Communi Confeſſ. Pontif.

Novembris 16,

Novembris 16, de S°. Edmundo Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

Oratio.

Deus qui largifluæ bonitatis conſilio Eccleſiam tuam beati Edmundi Confeſſoris tui atque Pontificis præclaræ vitæ meritis decoraſti: et glorioſis lætificaſti miraculis: concede propitius nobis famulis tuis ut et ipſius in melius reformemur exemplis et ab omnibus ejus patrocinio protegamur adverſis. Per Dominum, &c.

Secreta.

Beati Edmundi Confeſſoris tui atquæ Pontificis quæſumus Domine precibus: munera tibi offerenda complaceant, et oblata nobis proficiant ad ſalutem. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Mentes noſtras quæſumus Domine ſuſceptis robora ſacramentis: ut ſicut eas beati Edmundi Confeſſoris tui atque Pontificis novis dignatus es confortare miraculis, ſic etiam juvare ſuffragiis, et illuſtrare digneris exemplis. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

Novembris 17,

Novembris 17, de S°. Hugone Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Sacerdotes.*

Oratio.

Deus qui beatum Hugonem Confeſſorem tuum atque Pontificem eminentiâ meritorum et claritate ſignorum excellenter ornaſti: concede propitius ut ejus exempla nos provocent, et virtutes illuſtrent. Per Dominum, &c.

Secreta.

Oblata quæſumus Domine munera beatus Hugo Confeſſor tuus et Pontifex proſequatur: ut meritis ejus adjuti, gratiam et gloriam conſequamur. Per Dominum, &c.

Poſtcommunio.

Noſtræ ſervitutis obſequia quæſumus Domine beatus Hugo Confeſſor tuus et Pontifex tibi reddat accepta: ne ſacramenti cæleſtis effectum, reatus noſter a nobis excludat. Per Dominum, &c.

Ex miſſali Sariſburienſi.

De S°. *Gregorio Thaumaturgo fiat Novembris* 27.

Decembris 5, de S°. Birino Confeſſore Pontifice. Duplex.

Miſſa *Statuit.*

F I N I S.

BRITISH MUSEUM 30 62 JUN